Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Subiungit autem/Et ante conspectu agni.Non quo
ultra cum uisuri sint cum scriptu sit tollatur
impius ne uideat gloriam dei. sed tanto terro-
re terrebuntur ut uideatur illis ds omps
semper esse presens. eisq; iram uindicte sue in-
fligere/Vnde iob dicit./Dimitte me ut plangam
paululum peccata mea. ante quam uadam ad
terram ubi umbra mortis. et sempiternus hor-
ror inhabitat./Et fumus tormentorum eorum
ascendet in secula seculorum./Magnus fumus
indicium e magnarum flammarum. quia qua
uis sine nutrimento lignorum corporeus tam
erit ibi ignis reproborum. ideoq; fumum es sempi
ternum dicit inesse./Quia inquam reprobos sine fine
ardere conspicit. idcirco fumum tormentorum in se-
cula seculorum ascendere dicit./Quo in loco error
origenis aperte destruitur qui dixit post mille
annos reprobos redire ad uitam. iustos autem reuer
suros ad penam. Alioquin falsum est quod ueritas
dicit./Ibunt hii in supplicium eternum iusti autem in
uitam eternam./Quod siquis uult querere cur p
temporali peccato sine tempore reprobi cruciabi-
buntur dicendum est 'quia districtus iudex uenient
non facta pensabit sed uoluntates./Nam reprobi si pos
set fieri semp in hac uita uiuere cuperent in
nequaquam peccare desisterent. Et ideo numquam
carebunt supplicio 'qui numquam uoluerunt carere
peccato./Et nullus erit terminus iniquo ultionis.
qui numquam uoluit habere terminum criminis./Si.